auribus, propter quod factum ille prin=
ceps in omni terra ab omnibus time=
batur, et maxime a nobilibus, qui quan=
documque audiverunt nominare Lant=
gravium Thuringie, suspirabant, et ge=
mitus eorum a multis audiebatur,
et in perpetuam rei hujus memori=
am princeps fecit talem agrum la=
pidibus magnis signari et circumdari,
et privilegavit hunc, || quod quicumque || f. 108'
malefactor ibi conveniret, non deberet
capi a quocumque ibidem. Et qui
hoc edictum infringeret, crimen lese
majestatis incurreret. Et quia memo=
ratum factum ubique volabat, no=
biles extra Thuringiam et Hassiam
sibi maledixerunt, et de tali inaudi=
ta humiliatione verecundabantur, et
se vindicare affectabant, et in mor=
tem ejus diversis modis machinati
sunt, quod ipsum principem non la=
tuit, ideo frequenter in armis fuit, et
quoscumque de talibus comprehendit,
aliquos suspendit, aliquos interfecit, ali=
quos submersit, aliquos carceris squalore
suffocavit. Et quia semper armatus
incessit, ideo[a] ferreus Lantgravius ab
omnibus nominabatur. || Sub anno Do
mini M°C°LXIX. Lodewico in curia
imperatoris in Ratispona existente, in
negotiis imperialibus occupato, nobilis Jut=
ta uxor sua Lantgravia cepit edifica=
re quasi viridarium juxta Album-la=
cum

a) īō c.